



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Paraphrasis Psalmorvm Davidis Poetica**

**Buchanan, George**

**Argentorati, M. D. LXVIII.**

**VD16 B 3125**

Psal. LXXXV. Benedixisti Domine terram tuam, &c. Carm. gen. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69145](#)

O bis terq; beatos  
Qui te spe solida colunt.

PSAL. LXXXV. Benedixisti Domine  
terram tuam, &c. Carm. gen. 1.

**N**on semper tumidis feruent uexata procel  
Aequora, nec gelida riget horrida ter- (lis  
ra pruina:

Inq; uice ponunt uenti, mare sternitur, aura  
Mitior inflorem torpentes euocat herbas.  
Nec semper Deus auertis marentibus aurem  
Durus, & indulgens iræ: quondamq; fauore  
Sponte tuū amplexus populum es, uincisq; sc  
lutis

Seruitij, patrias duce te remeauit ad aras.

Oblitus scelerum & uiolati fœderis, iram  
Lenisti, & patria texisti crimina cura.

Et nos ergo parés, nostræ & spes una salutis,  
Respice placatus facilisq;: animumq; benignū  
Accipere: perpetuæ néue implacabilis iræ  
Sæuiat in seros etiam uindicta nepotes.

Respice nos melior tantum: quod cunq; misel-  
Spirat adhuc animæ, te respiciente uigore (læ  
Accipiet: populoq; tuo, iam nube repulsa  
Tristitiae, lætos hilarabunt gaudia uultus.

Alme parés, bonitate tua complectere fessos,  
Sperateq; diu iam fructum ostende salutis.  
Iam dudum exspecto, Dominus dum læta futuri  
Signa det, arcano pulsans præcordia motu,  
Et dabit haud dubiè posita placabilis ira

L iij

simile.

Signa secūda:pijs dabit omnia prospera, leges  
 Qui patrias & sacra colent, errore relicto.  
 Ecce salus, ecce in cūltas bona copia terras  
 Incolet, & læti renouatrix gloria sēculi.  
 En bonitas, en alma fides feret obuia gressu.  
 Terra fidem, cælo terras Astræa relicto  
 Sancta coler: comes Astræe bona copia cælo  
 Appluet, & lætos decorabit frugibus agros.  
 Et quacunq; feret Dominus uestigia, gressus  
 Ante ferent ius fasq; suos:lis, uisq; dolusq;  
 Deseret afflictas per tot iam sēcula terras.

PSALL XXXVI. *Inclina Domine ailem tuam, &c.* Carm. gen. 10.

Dominus amitis aurem supplici  
 Deus: saluti consule  
 Ope destituti & pauperis:  
 Nec iræ semper vindici  
 Seruum tuum serua Deus,  
 Cui spes salutis unica es:  
 Serua inuocantem iugiter  
 A solis ortu ad uesperum.  
 Depelle mentis nubila  
 Pendentis à te seruuli,  
 Blande parens clementiæ,  
 Promptus uocanti parcere:  
 Intentus audi supplicem.  
 Nam te uocamus arduis  
 In rebus, inuocantibus  
 Opem benignus quòd feras.

Nullus